Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Monasterij Melicensis

Hystoria Canonizacionis pressimi Leopoldi Marchiones Austrie

Innocentius episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Sacrosanctam matrem ecclesiam astitisse a dextris dei. regnam in vestitu deaurato. circundatu varietate. non ab re per prophetam traditur. Regina equidem q illi regi domino per quem reges regnant. t principes iusticiam faciunt desponsata sit. vnica eius columba. luna perfecta meternu. arcturus per girum nocturna spacia perenni lumine illustrans. lucifer qui nescit occasum. aurora hic in crepusculo caligantis seculi coruscans. et in diem lucidu in regno celorum sese diffundens. Regina q illi seruiat. cui seruire regnare est. illi fidem habeat. illi se totam committat. Regina q cristi fideles sub vmbra alarum suarum ex terreno carcere ad regna celorum perducat. ubere de celo pleno lactet atq mebriet. ex multis erumnis nos eripiens. regni celestis cum xpo domino participes efficiat. In uestitu inquit deaurato. Vestimentu ecclesie sanctam fideliu vitam esse profitem. Nam sicut tota ecclesia vestimentu est xpi redemptoris nostri. ita fideles quoq eiusdem ecclesie uestimentu esse arbitramur. Vestimentum sz non habens maculam per peccatum. neq ruga per duplicitate. sed per iusticiam mundum. per simplicitatem cordis tersum. Vestimentum innocencie quam homo a deo plasmatus accepit. male a serpente persuasus perdidit. ad quam recuperandam. penitencia t dei misericordia induimur. Vestimentum deauratum splendore sapie aureo plucens. Clara est enim sapiencia que nunquam marcescit. facile videtur ab hys qui eam diligunt. et inuenitur ab hys qui eam queru. Doctrix est disciplne dei. electrix operu illius. qua nichil locupletius. que operatur omia. artifex omium. que apud turbas claritatem. t honorem apud senores pstat. Vestimentu deauratu pfecto auri idest iusticie. qua nihil humano generi utilius. dilectione disciplne. ex qua custodia legum emanat. Legum aut custodia consumatio est incorruptionis. at uero incorruptio facit nos esse deo proximos. per qua beatitudo eterne vite a nobis comparatur. Circundata ecclesia dicitur uarietate gratiarum administrationum et officiorum. iuxta uerbum apostoli. diuisiones gratiarum sunt. idem aut spus eas conferens. diuisiones administrationum sunt. idem aut dominus. et diuisiones operationum sunt. idem ueo deo

BIBLIOTHEK MELK STIFTES